


ENRICVS DEI GRATIA

REX POLONIÆ magnus DVX Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Kiouiæ Wolhiniæ Wolhiniæ Podlachiæ Liuoniæ etc. Nec non Andium Borboniorum et Aluernorum DVX Comes Marchiæ Foresti Querty Ronergy
et Montifforti. Significamus ac ad noticiam, quibus interest deducimus, exhibitas nobis esse literas in Pargameno descript. continen. in se libertationem à iure et iurisditione Ciuili, à Censibus, solutionibus, ac quibusuis alijs oneribus certor. bonorum in Oppido
nostro Krzepicze tum et facultatem vtendi, fruen. siluis, borris, pascuis, liquores etiam quosuis propinan., ac omnes alios victus quæren. rationes communes cum Ciuibus haben. Nobili Bartholomeo Cerino Notario Cameræ Krzepicen. per olim Ser.mum piæ memo;
riæ Regem SIGISMVNDVM Augustum prædecessorem nostrum desideratissimum datas et concessas saluas, sanas, et illæsas omniq. suspitionis nota caren. quarum tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis IN nomine domini. Amen. Ad perpetuam
rei memoriam SIGISMVNDVS Augustus Dei gratia REX Poloniæ, magnus DVX Lithuaniæ, Nec non terrar. Craccouiæ, Sandoriæ, Siradiæ Lanciciæ Cuiauiæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ, Culmen. Elbingen. Pomeraniæq. etc. dominus et hæres.
Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis et singulis præsentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia ad intercessionem Generosi Nicolai Lubomirski CASTELLANI Oscchouien. Theloneorumq. nostror. Maioris Poloniæ Præfecti pro Nobili Bar;
tholomeo Cerino Notario Cameræ Krzepic. tum commendatum per eundem Nicolaum Lubomirski haben. ipsius diligentiam et fidem in obeundo Notariatus munere per annos viginti, in quo et hucusq. seruire non cessat, volen. erga illum, et ipsius posteros gratiam nram Regiam
declarare, et ad seruitia nobis præstanda promptum reddere, domum ipsius hæreditariam in Ciuitate nra Krzepicen. in circulo, inter domum Sophiæ Sczudlowa ex vna, et Stanislai Golostand ex altera parte sitt., simul et agros ipsius hæreditarios inter agros Ciuiles Vronsi;
sten. quorum duo lanei inter agrum Andreæ Mrziglod ex vna et agrum Margarethæ Kozia, ex altera Lopissowskie et tercius penes Popramiedza, quartus inter agrum Alberti Wipich et Stanislai Scholthiszek Lawinski dictus, quintus et sextus inter agros Krze;
picen. Conuentus, et Joannis Kozi Murzionkowskie, reliqui vero duo inter Laurentij sutoris, et Aduocati Krzepic. agros Borgulewskie dicti, Insuper et quatuor hortos quorum duo in Rokithowka, tertius vocatus Mrzozowski, quartus inter hortos Joannis
Ropel, et Agnetis Kuleszina sunt sitti, Item locum Sziedlisko Czulezinskie dictum cum omnibus ædificijs et structuris in præfatis agris et hortis, sziedliskoq. locat. et locandis, quæ omnia præmissa ipse Bartholomeus Cerinus iure hæreditario possidet libertate
donauimus, præsentibusq. donamus ex iurisditioneq. et obedientia Ciuili ac Aduocatiali eximimus ac liberamus. Remouen. à prædicta domo agris, et hortis ac Sziedlisko Czulezinskie, ipsorumq. hæredibus omnia onera Oppidi præfati Krzepic. solu[...]endorumq.
Censuum, Contributionum, datiarum exactionum, tam nostrarum, quam Ciuilium, quocunq. nomine vocatorum perpetuo et in æuum, Præterea concedimus eidem Bartholomeo Cerino eiusq. successoribus liberum vsum syluarum, borrarum ac pascuorum nostro;
rum more aliorum Ciuium Krzepicen., Ita tamen, quod præfatus Bartholomeus Cerinus, et eius successores iure respondere, quotiens euocatus fuerit, coram Capitaneo moderno Krzepic. et pro tempore existente, solo, aut nobis, vel iudicio nostro Regio non
obstan. hac exemptione nostra et iudicato satisfacere teneatur. Insuper liberam eidem domus per præsentes eiusq. successoribus, facultatem, cuiusuis generis potus aduentitios et domesticos quandocunq. voluerit propinare, aliasq. rationes victus, cum Ciuibus com;
munes quærere Ita tamen vt ancillares exactiones pro [...]tione Reipub: sancitas, ipse et eius successores persoluere teneantur. Quare MAGNIFICO IOANNI SPITHEK à TARNOW PALATINO SIRADIEN.
Brzeznicen. Krzepicen. KRZESSOWIEN. Ostrze[...]owienq. CAPITANEO sincere nobis dilecto, et alteri pro tempore Krzepicen. CAPITANEO ac Famatis, Proconsuli, Consulibus, Aduocatoq. Krzepicen., et alijs omnibus
quorum interest, præsentem concessionem nostram præfato Nobili Bartholomeo Cerino, eiusq. successoribus factam præsentibus demum [...] Mandam. vt eam in omnibus clausulis, articulis, punctis et conditionibus seruent et [...] teneant, nihilq. contra
illam attentare vnquam ausint. Pro debito suo et gratia nostra facturi. Harum testimonio lrar., quibus sigillum nostrum est appensum. DATVM Craccouiæ feria quarta post festa Paschæ. Anno domini Millessimo Quingentesimo 1551.
Quinquagesimo Primo Regni nostri vigesimo secundo. Præsentibus Rndis in Christo Patribus dominis. IACOBO VCHANSKI electo Chelmen. Leonardo Slonczewski Camenecen. Episcopis. Necnon Magcis, Generosis
ac Venerabilibus PETRO Kmitha in Visnicze Comite PALATINO Craccouien. REGNI nostri supremo Marschalco, ac Craccouien. Scepusien. PRZEMISLIENSI COLENQ. Stanislao Macieiowski WOINICEN. ac
Lubomlien. Zawichostenq. SPITCONE IORDAN de Zakliczin Sandecen. Regni nostri Thesaurario. NICOLAO Miskowski Radomien. ac Lithorien. Osswiaczimenq. Ducatuum, et Miedzirzecen. Ioanne BONAR
de Balicze Osswiaczimen. NICOLAO LVTOMIRSKI CZECHOWIEN. ac minoris Poloniæ Theloneorum nror. PRÆFECTO, Ioanne Lubomirski Brzesnicen. CVRIÆ nostræ Thesaurario Burgrabio Craccouien. Lancicq.
Fabiano CZEMA Gedanen. CASTELLANIS Tucholienq. Ioanne Ocieski Regni nostri Vicecancellario Succamerario et Burgrabio Crac. ac Sandecen. Olschtinenq. NICOLAO Mniszek de magna KVNCZICZE Burgrabio
Craccouien. CVRIÆ nostræ Succamerario, ac Lucomien. Scholtienq. SIGISMVNDO LIGEZA Regni et Curiæ nostræ Pocillatore Tischowczenq. Capitaneis. Ioanne Przerabski Præposito, ac sedevacan. Epatus CRACCOVIEN.
Administratore, Andrea Czarnkowski Præposito Gnesnen. ac Scholastico. Gergio Podlodowski Canonico Craccouien. Secretarijs nostris. Et alijs quamplurimis Dignitarijs ac Officialibus nostris, fide dignis testibus ad premissa.
Datum per manus præfati Magci Ioannis Ocieski Regni nostri Vicecancellarij Succamerarij et Burgrabij Crac., Sandecenq. ac Olschtinen. Capitanei. Sincere nobis dilecti. Ioannes Ocieski R. P. Vicec. [...] Rtio Magci Ioannis
Ocieski Regni nostri Vicecancellarij Succamerarij et Burgrabij Crac. Sandecenq. ac Olschtinen. Capitanei. Supplicatum itaq. nobis est per nostros quosdam Consiliarios nomine eiusdem Bartholomei Cerini, vt lras præinsertas, ac omnia
in eis contenta authoritate nostra Regia confirmaremus et approbaremus. Nos annuen. dictorum nror. Consiliariorum intercessioni. haben. etiam commendata eiusdem Bartholomei Cerini seruitia, quæ ab annis multis in exactione, et procura;
tione Theloneorum nror. Cameræ Krzepic. præstitit, atq. etiam nunc præstare non intermittit, has ipsas lras, et omnia in eis contenta, approbamus, ratificamus, et confirmamus, roburq. perpetuæ firmitatis eisdem apponimus, decernen. eundem præmemo;
ratum Bartholomeum Cerinum successoresq. ipsius, ac quosuis alios bonorum in lris suprac expressis nominatorum possessores, omnibus in eisdem literis descriptis libertatibus et facultatibus, sine cuiusquam impedimento gaudere ac frui debere perpetue
et in æuum. In cuius rei testimonium præsentes manu nostra subscripsimus DAT. Craccouiæ die XVI Mensis May Anno domini Millessimo Quingentessimo Septuagesimo Quarto REGNI vero nostri anno PRIMO. 1574. Confir.

Henricus Rex

do L. 27/25 D 24.

Libertacya, approbacya y konsens Cyrynowi w Krzepicach Grunta y Domy mającem, także wolny wrąb w lasach Krolewskich Krzepickich starościńskich.

1574.

Złożone przy pierwiastkowey regulacyi nieruchomości N. 113 w Krzepicach położoney. w Częstach d. 21 Grudnia 1838

2 Stycznia 1839

Sprawdził Cieślak

Jarowski

No 1574